



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Titulus XXXIX. De censibus, exactionibus & procurationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

2. Resp. secundò in eo, ex quibus hæc portio desumenda non conveniunt AA. desumendum tantum ex redditibus & fructibus Ecclesiæ unitæ certis, & non ex incertis proventionibus, ut sunt fructus stolæ, nimirum emolumenta provenientia ex administratione sacramentorum Baptismi, extremæ unctionis, benedictione nuptiarum, introductione puerperarum, funeralibus &c. tenent cum communiore Barb. L. 3. *Jur. Eccles. univ. c. 6. n. 44.* Leo *in thes. Eccl. p. 1. c. 31.* Pignat. *tom. 3. consult. 31.* Pirh. *ad tit. de preben. f. 1. n. 44.* & alii apud Reiffenst. *h. t. n. 13.* ex ea ratione, quòd vicario debeatur portio congrua certò sufficiens & ex proventibus Ecclesiæ, quales non sunt jura stolæ utpote fructus officii & laboris; & ne aliàs tales Vicarii occasionem sumant & veluti adigantur non sine nota avaritia, & quandoque injuriæ & simoniæ ad turpiter quærendas & directe vel indirecte sollicitandas oblationes & mercedem ex administratione Sacramentorum aliorumque munerum pastoralium. Unde murmuraciones plebis irreverentia & contemptus sacrorum. Contrarium directe æque probabiliter si non probabilius tenent Gonz. *ad Reg. Cancell. in proem. §. 7. n. 185.* Guttier *Conf. 8. à n. 3.* aliique apud Reiffenst. *n. 15.* & desumunt ex constit. Bullæ Pii V. *ad exequendam* (quæ etsi revocata dicitur quòd ad parochias unitas monasteriis per Bullam Greg. XIII. tamen iterum ab eodem revalidatam etiam quòd regulares, refert Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 3. n. 79.*) ubi expresse, quòd dictæ congruæ summæ computatis omnibus etiam incertis emolumentis & aliis obventionibus communiter percipi solitis per Episcopos assignari soleant &c. Dum autem dicitur ex omnibus emolumentis intelliguntur etiam ea, quæ intuitu Ecclesiæ seu beneficii acquiruntur. Dum dicitur *per Episcopos assignari soleat*: sciendum, quòd arbitrium Episcopi in determinatione hujus portionis congruæ adhiberi aliàs solitum, etsi per ipsam Bullam Pii V. ita limitetur, ut non nisi inter centum & 50. scuta locum habeat, consideratis considerandis circumstantiis, habenda sit ratio moderni temporis, dum hodie vix centum aut 200. scuta sufficiunt ad honestam sustentationem Vica-

rii, cum olim tempore, quo edita dicta Bulla, sufficerent centum aut 50. ob mutata rerum pretia. Notandum quòd quantitas illa taxata à Pio V. fuerit pro sola persona parochi non item pro capellano & cooperatore simul, si unum vel plures parochianorum vel laborum multitudo exigit, quibus proin specialiter providere tenentur, qui ratione incorporationis seu unionis redditus parochiæ percipiunt, Ita bene Reiffenst. *à n. 21.* Dicitur autem ex incertis obventionibus communiter percipi solitis ad excludendas illas obventiones quæ omninò ex libertate populi dependent, nec communiter, nec ut debita, sed rarò ab uno alterove dari solent, hæ enim in congrua portionem computari nequeunt eo ipso, quòd rarissimæ & incertissimæ sint. Dum contra recte in eam computari possint eæ, quæ communiter, & ut consuetudine debita percipiuntur, ita ut à parocho etiam peti possint, ad eas dandas populus ab Episcopo compelli; estque ratio hujus posterioris sententiæ, quòd, ut expressis verbis Pius V. *in cit. Bulla §. 2.* Ideò beneficia etiam curata fuerint unita & incorporata collegiis, capitulis, monasteriis aliisque locis piis, ut honestius & competentius subsistere possent, adeoque inde recipiendo emolumentum incumbenti illis onera facilius supportent, officiaque & opera ab iis præstati debita peragant. Unde si non nisi fructus certi in portionem congruam computari possent, sæpe parum aut nihil emolumenti ex beneficiis unitis haberent, ac ita uniones & incorporationes tales frustrarentur sine suo. Ita Reiffenst. *h. t. n. 17.* Neque dici potest, quòd ex incertis haberi non possit congrua certa, qualis esse debet Vicarii. præsertim perpetui constituti in Ecclesiis unitis; cum licet tales obventiones respectu certi & determinati temporis aut quantitatis, tamen ad aliquam saltem certitudinem computatis tribus aut quatuor retro annis reduci ita possunt, ut Vicarius de honesta sua sustentatione moraliter certus esse queat. In qua tamen reductione non debet summa, sed media vel infima quantitas, quæ tribus aut quatuor annis obvenire solita est, computari Reiffenst. *n. 20.* de congrua hac portione Vicarii plurima vide apud me *in foro benef. part. 1. à quest. 123. usque ad quest. 129. & in Indice V. congrua.*

## TITULUS XXXVIII.

### De Jure Patronatûs.

**T**itulus hic (ubi etiam de correspondente juri patronatûs, præsentatione & Institutione) fuisse & accurate à me tractatus & explica-

tus *in foro benef. part. 2. à quest. 11. ad quest. 197. quò lectorem remitto.*

## TITULUS XXXIX.

### De Censibus, Exactionibus & Procurationibus.

*Quest. 939. Quid & quotuplex sit census.*

**R**esp. ad primum: census, præteritis minus ulstatis ejus acceptionibus, sumitur primò, generalissime pro omni eo, quod annuatim in certa summa seu quantitate præstat alteri ut cum Host. *in sum. h. t. n. 1.* Pirh. *ibid. n. 1.* Secundò magis specialiter pro pensione annua, quæ vi contractûs, quo res alicui concedi-

tur pleno jure, nimirum translato dominio directo & utili in accipientem, reservatur, sive ex fructibus, sive in pecunia, sive in aliqua re æquivalente præstanda veteri domino Barbol. *ad p. 2. h. t. n. 4.* Molin. *tr. 2. de just. d. 381. n. 2.* Tertio pro annua pensione, quam præstat emphyteuta in recognitionem domini directi, qui & canon appellatur, Pirh. *l. c.* Quarto, pro redditu quem solvit annuatim colonus vel etiam inquilinus ex contractu locationis,

nis, unde & is censuarius dicitur Barbof. l. c. Co-  
var. l. 4. *variar. c. 7. n. 1.* Quintò pro tributo quod  
exigitur à principe, eique pendendum ratione sub-  
jectionis, quo sensu accipitur, dum *Marth. 22.* à  
Christo interrogatur; licetne censum dare Casari.  
& ipse *Marth. 17.* interrogat: Reges terræ, à quo  
accipiunt tributum vel censum. Sextò pro pensio-  
ne, quæ solvitur ratione subjectionis etiam alicui in-  
feriori à principe absque eo, quòd nomen tributi ha-  
beat Barbof. l. c. ac denique in sensu præsentis tit. qui  
de censibus jam explicatis non agit, accipitur pro  
pensione, quam solvit Ecclesia vel beneficiatus Epi-  
scopus, vel ejus autoritate aliis in recognitionem  
subjectionis, vel ex alia justa causa. Potestque defi-  
niri aliquantulum explicatiùs, quòd sit onus reale  
vel quælibet pensio annua, quæ ex redditibus seu pro-  
ventibus Ecclesiæ monasterii aliorumque locorum  
ex justa causa solvitur Episcopo, vel autoritate illius  
aliis. Uti sumitur *exc. 2. & c. penult. h. t. & c. 6. de  
reliq. domib.* declaratio hujus definitionis dabitur  
in sequentibus.

2. Resp. Ad secundum: Dividitur census in to-  
ta illa sua latitudine acceptus multifariam; nimirum  
in reservativum, & consignativum; in realem & per-  
sonalem; in pecuniarium & fructuarium; in tempo-  
ralem & perpetuum, in redimibilem & irredimibi-  
lem, ut Barbof. l. c. n. 5. remittens præcipuè ad Felician.  
*de censib. l. 1. c. 4. n. ult.* ubi singula membra explicat.  
dum interim ipse illum dividat in duas tantum spe-  
cies, pro ut nimirum autoritate publica vel privata  
constituitur. Priorem definit, quòd sit onus secun-  
dum debitum subditorum, aut patrimonii commen-  
suracionem à legitimo magistratu ex justa causa in-  
ductum. Posteriorem, quòd sit certus redditus an-  
nuus in re immobili, quæ ad alterum absolute spe-  
ctat, reservatus, vel aliàs legitime consignatus annua-  
tim vel aliter solvendum ex privata partium dispo-  
sitione secundum rectam commensuracionem, cujus  
utriusque descriptionis membra ab eodem explana-  
ta à n. 6. Pleraque locum habent in censu ultimo lo-  
co seu congruenter ad hunc tit. *explicato.* qui aliàs  
dividitur in novum & antiquum, ita ut novus dica-  
tur, qui ab initio non impositus, nec ab aliis Ecclesiis  
regulariter solvisolitus, primum post foundationem  
aut consecrationem imponitur Ecclesiis Host. *h. t. n. 4.*  
Antiquus, qui ab initio, tempore foundationis aut  
consecrationis, vel ipso jure debetur. Qui subdividi-  
tur in temporalem & perpetuum; perpetuus quo  
Ecclesia in perpetuum gravata & obligata manet;  
temporalis, qui solum ad certum tempus singulis an-  
nis ab Ecclesia vel beneficio præstari solet. Barbof. *de  
off. & potest. Episc. alleg. 85. à n. 1.*

Quæst. 940. à quibus census imponi pos-  
sit?

1. Resp. Primò indubitatum est papam posse con-  
stituere cuius Ecclesiæ & beneficio censum  
tam perpetuum quam temporalem, & semel imposi-  
tum augere vel minuire ex justa causa; eò quòd ex  
plenitudine potestatis possit de beneficio quovis li-  
berè, pro ut ei visum fuerit, disponere juxta *c. 2. de  
preb. in 6.*

2. Resp. Secundò Episcopus potest ad initium  
foundationis & consecrationis Ecclesiæ tam pro se  
quam pro aliis v. g. patronis etiam laicis, dum hi in  
limine foundationis vel dotacionis eum cum consensu  
Episcopi sibi reservarunt, imponere illis censum tam  
perpetuum quam temporalem, ut constat ex *can. 30.  
caus. 18. q. 2.* ubi census ab initio ab Episcopo impo-  
situs ei solvi jubetur & *c. 23. de jure par. ubi supponi-  
R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.*

tur Episcopum posse constituere censum moderatum  
pro patrono. Nequit tamen Episcopus aliusve præla-  
tus papæ inferior pro se aut patrono censum ab initio  
impositum augere, uti id ipsum expressis verbis pro-  
hibetur *c. 7. h. t.* idque etiam, si facultates & redditus  
Ecclesiæ augeantur, ut Gl. *incit. c. Abb. ibid. num. 3.*  
cum communi. Ex ea etiam ratione respectu Episco-  
pi, dum ei census constituitur in signum subjectionis,  
utpote quæ etiam per minimum censum recog-  
nosci potest, ut Abb. Arg. *c. 2. h. t.* respectu verò al-  
terius v. g. patroni, quòd in contractu censuali do-  
minium emolumentorum non comprehensum in  
eo, transit in Ecclesiam, adeòque huic non alteri au-  
geantur facultates, ita cum Abb. l. c. Pirh. *h. t. n. 12.*  
Reiffenst. *n. 7.* his proinde non obstante, quòd aliàs  
pensio, quam quis solvit ratione fructuum percepto-  
rum ex re seu fundo alieno ut conductor vel colo-  
nus, augeri potest auctis fructibus, non secus, ac ob  
damnum accidens in fructibus ea minui potest. Mul-  
tòque minus potest Episcopus aliusve prælatus im-  
ponere censum novum Ecclesiis tam secularibus  
quam regularibus, juxta clarum textum *cit. c. 7. &  
c. 3. h. t. & Clem. 1. S. eadem quoque de suppl. negl. præ-  
lat. Barbof. in cit. c. 7. n. 2.* Pirh. *h. t. n. 8.* & alii cum  
communi. Excipitur tamen casus; dum Episcopus,  
cum consensu capituli alicui Ecclesiæ concedit ex-  
emptionem à jurisdictione sua iuribusque & oneri-  
bus Episcopalibus, cum tunc remittendo hæc in ali-  
quam recosensationem dictorum iurium & re-  
cognitionem hujus à se concessi privilegii, censum si-  
bi reservare possit juxta *summarium & textum cla-  
rum c. 6. de religiof. domib.* uti & papa, dum Eccle-  
siam eximit à jurisdictione Episcoporum censum si-  
bi aliquem reservare solet. *c. si papa, c. recepimus de  
privileg.* non tamen hinc sequitur, quòd etiam Epi-  
scopus, quia liberavit Ecclesiam ex manibus laico-  
rum, qui v. g. fructus ejus de facto percipiebant,  
possit eidem in compensationem hujus beneficii  
novum censum imponere, cum id ipsum prohibea-  
tur *c. 9. h. t.* eò quòd ad hoc tenebatur Episcopus ex  
officio, secus ac tenebatur eam eximere à iuribus  
Episcopalibus; in eo autem, quòd qui necessariò fecit  
seu exercuit, non censetur liberalitatem exercere,  
adeoque nec remuneratio ei debetur, ut Abb. *in cit.  
c. 9. n. 1.* cum Gl. *ibid. in pr.* ita Pirh. *h. t. n. 13.* Po-  
test tamen Episcopus ex causa juxta censum non per-  
petuum, sed temporalem personalem novum ad ali-  
quot annos v. g. ad vitam beneficiati imponere Ec-  
clesiis & beneficiis, quia per hoc non gravatur aut  
obligatur Ecclesia, quòd solum est prohibitum ut  
*c. 7. h. t.* sed persona: rectius Abb. *in c. 9. de restitut.  
spol. n. 9.* Jo-And. *in c. prohibemus. 7. h. t. n. 1.* Bar-  
bof. *ibid. n. 3.* & *de off. & potest. Episc. Alleg. 85. n. 3.*  
Pirh. *h. t. n. 9.* Reiffenst. *n. 9.* vide dicta de pensio-  
nibus imponend. benef.

3. Resp. Tertio rector vel alius beneficiatus non  
potest super rebus suæ Ecclesiæ vel beneficii non so-  
lum iis, quæ sunt ad cultum & ministerium divinum  
dicata, sed etiam in bonis temporalibus & immobi-  
libus, ut sunt domus, vineæ, prædiæ, constituere cen-  
sum perpetuum sine debitis solemnitatibus, nempe  
causâ legitimâ necessitatis vel utilitatis Ecclesiæ, &  
interveniente autoritate Episcopi, cum consensu  
capituli Cathedralis, ita Pirh. *h. t. c. 9.* cum Abb. *in c.  
13. h. t. n. 3.* Arg. *c. 8. & c. seq. de his qua sunt à prælat.*  
& quòd ad hoc requiratur autoritas Episcopi, ha-  
betur quoque *in c. 8. h. t.* sed neque rector Ecclesiæ  
aut beneficiatus potest imponere Ecclesiæ aut bene-  
ficio censum ad vitam, saltem jure novo, ubi recepta  
est *Extravag. unic. de reb. Eccl. non alien.* ubi prohi-  
bentur

bentur locationes & obligationes bonorum Ecclesiasticorum ultra triennium. Pirh. *h. t. n. 11*. cum Barbof. *in cit. c. 8. h. t. n. 5*. Porro clerici constituentes Ecclesiam quam obtinent, censualem v.g. religiosi sine auctoritate Episcopi per collusionem, ut nimirum post mortem illorum Clericorum Ecclesia ad presentationem eorundem religiosorum possit transire ad filios & nepotes illorum Clericorum, amoveri ab ea seu eam privari debent pro ut sumitur *ex c. 11. h. t.* quæ collusio tamen non præsumitur, si intervenerit auctoritas Episcopi ex officio suo id facientis. Abb. *in cit. c. 11. n. 1. & 2.* Jo-And. *ibid. n. 2.* Pirh. *n. 14. & 15.* qui etiam addit, quod illi Clerici de Rigore juris possint deponi ab officio & beneficio ob commissam simulationem solvendo censum, ut filii & nepotes consequantur Ecclesiam, adeoque dando temporale pro obtinendo spirituali; quin & quod religiosi illi privandi sint jure presentandi, quo abusi sunt citatis pro hoc Abb. & Jo. And. is etiam, cui juramentum præstitum est de censu novo solvendo cogi potest ad juramentum juranti remittendum. Pirh. *n. 16.* juxta *c. 13. h. t.* quamvis tale juramentum, utpote factum in præjudicium juris Ecclesiastici, non valeat, & rectorem obligare nequeat, uti nec fidejussi de solvendo non tenent tanquam accessoria ei, quod non tenent. Pirh. *h. t. n. 20.* Item religiosi in hoc casu existentes in perceptione censûs, quia prædecessor moderni rectoris eum solverat, lite pendente privari possunt; tum quia per solutionem censûs, utpote qui sine auctoritate Episcopi imponi non potuit, transferri non potest ejus possessio in illos monachos; tum quia possessio illa clam seu ignorante Episcopo acquisita, potest Episcopus, postquam id rescivit, rectori solutionem interdicare, ac denique quia dicta possessio erat contra jus, religiosi eam spoliati non possunt petere restitutionem nisi probaverint se eam probabili titulo acquisivisse.

*Quest. 941. An & qualiter census, de quo hic, constitui seu acquiri possit, & sic acquisitus tolli per prescriptionem?*

1. Resp. Ad primum, acquiri potest per prescriptionem, Ecclesiæ vel patrono solvendus. Verùm quia hæc prescriptio est contra jus, eique jus resistit, requiritur ad eam, ut præscribens præter 40. annorum possessionem eum percipiendi habuerit legitimum titulum & bonam fidem, vel sine titulo possederit per tempus, cujus non exstat memoria. Abb. *in c. 13. h. t. n. 5.* Pirh. *h. t. n. 18.*

2. Resp. Ad secundum: è contra census ab initio impositus per prescriptionem extingui potest, non obstante, quod census solvi debitus principi in recognitionem supremi dominii, non secus ac ipsa subjectio ei debita præscribi contra eum non potest juxta *l. 6. c. de prescript. 30. vel 40. annor.* cum aliud sit in censu debito inferiori v.g. Ecclesiæ aut patrono ut Abb. *l. c. n. 6.* Pirh. *l. c.* Quin & census hic legitime ab initio impositus, legitimam prescriptionem sublatus, non potest ab Episcopo de novo imponi, nisi ex justa causa. iidem.

*Quest. 942. Censu cathedralicæ seu Cathedralicæ quid sit, quandam, seu ubi, à quibus petendum. Num adhuc in usu, in ejus exactione & solutione qualiter attendenda consuetudo.*

Resp. Ad singula hæc responsum à me ad *lib. 1. decretal. g. 855. n. 4.* quæ videri poterunt. Ut etiam quæ aliquantò fusiùs de his habet Reiffenst. *h. t.*

*à n. 10.* ac præcipuè quæ habet *n. 16.* ubi, quod, licet quantitas cathedralicæ per consuetudinem augeri & minui, non tamen per eam aut præscriptionem omnino tolli possit obligatio solvendi cathedralicæ, prout tenent citati ab eo Abb. *in c. 7. de donat. n. 7.* Barbof. *de off. & potest. Episc. alleg. 86. n. 44. & l. 3. juris Eccl. c. 20. à n. 5.* Piaces. *p. 2. c. 2. a. 2. n. 11.* ex ea ratione, quod cathedralicum principaliter detur in honorem cathedræ & signum subjectionis, contra quam saltem ex toto præscriptio non currit, nec consuetudo juxta *c. 12. de prescript. & Arg. can. nullaratione. 8. dis. 93.* ne, ut *ibidem*, quis Acephalus, id est, sine capite sit. Quod ipsum tamen limitari ait à Barb. *l. c.* in casu, quo concurrat tempus immemoriale, cum consuetudo immemorialis æquivalet privilegio. juxta *c. super quibusdam. de V. S.*

*Quest. 943. In qua moneta solvendus census?*

Resp. de hoc videnda, quæ supra ad *tit. de solutionib. quest. 527.* dicta hæc enim quæ ibi dicta in genere de pensione & censu pecuniario, hic quoque locum habent de censu ab Ecclesiis aliisque locis Episcopo alterivè Prælato vel etiam patrono pendendo. videri quoque possunt, quæ desuper habet fusè Pirh. *h. t. à n. 21. ad n. 36.*

*Quest. 944. An ex annua præstatione census facta Episcopo ab aliqua Ecclesia vel monasterio rectè colligatur & probetur ejusdem subjectio, & quomodo census peti & probari debeat.*

1. Resp. Ad primum: Ex sola annua solutione censûs hæc subjectio Ecclesiæ, Monasterii, beneficii inferri aut colligi nequit, nisi in solutione expressum fuerit, eam fieri ratione subjectionis, vel id ipsum ex circumstantiis loci, temporis, personarum rationabiliter præsumatur. Ut si quis eodem loco, tempore ac modo, quo alii subditi censum solvat; tunc enim tributum seu census est signum subjectionis, & solutionem aliàs indeterminatam ad id determinat. Abb. *in c. ult. de caus. possess. & prop. n. 4.* Laym. *ibid. n. 6.* Tusch. *V. census. concl. 190. n. 1. & 2.* Pirh. *h. t. n. 2.* Arg. *c. 31. h. t.* dum etiam aliàs ex aliis causis actibus annuus census solvi possit v.g. in signum libertatis seu exemptionis à jurisdictione Episcopi à papa obtentæ juxta *c. 8. de privileg.* vel in signum protectionis vel advocatiæ sub quam Ecclesia recepta est à papa. ut Host. *in sum. h. t. n. 2.* juxta *cit. c. 8.* vel in signum fundationis ac reservati juris patronatus citra aliam subjectionem juxta *c. 35. de jure patron. vel denique*, quia census ex conventionem alia reservatus.

2. Resp. Ad secundum primò petens censum tantum sibi debitum, exprimere debet rationem seu causam, ob quam sibi debeat, cum census cujus causa ignoratur, non est ex obligatione solvendus. juxta *c. 5. h. t.* allegando autem & probando, dum agitur in judicio petitorio super jure solvendi censûs, annuam præstationem illius per tempus, cujus initii memoria non exstat, alium titulum vel causam legitimam allegare necesse non habet actor, cum talis temporis cursus habeat vim tituli & inducat præsumptionem, quod ex legitima causa census inductus fuerit. ita juxta *l. 33. §. aqua ductus ff. de aqua quod. id.* Abb. *in c. ult. de caus. poss. & prop. n. 7.* Covar. *in reg. possessor. p. 2. §. 4. n. 4.* Pirh. *h. t. n. 4.* nisi tamen ut idem cum Mascard. *de probat. concl. 279. n. 16.* ex circumstantiis appareat, factam solutionem citra obligationem v.g. Dum facta semper cum pro-

testatione, eam non fieri ex obligatione, sed per actus non voluntarios seu non obligatorios utpote quibus nunquam inducitur praescriptio. Dum verò deficiente tempore immemoriali factae solutionis causa legitima illius allegari nequit, possessio juris exigendi & percipiendi census, multoque minus praescriptio illius inducitur. Abbas. *in c. ult. h. t. juxta l. 7. de usur. & cit. c. 5.* Allegata tamen causa legitima v. g. ratione subjectionis, foundationis alteriusve relevationis, solutionis factae tanquam debita, non tamen aliter quam praesumptivè probata ex cursu temporis longi nempe 20. vel 10. annorum, aut etiam longissimi 30. vel 40. annorum, Jus commune canonicum resistit possessori vel actori in judicio petitorio v. g. ut Ecclesia sit pensionaria alicui laico; atque ita praescriptio non perficitur, nisi immemoriali per quam sine titulo, vel 40. annis cum titulo juxta *c. 1. de praescript. in 6.* etsi de jure civili in rebus privatorum sufficit probare, censum annum per 20. annos. Inter absentes, per tò inter praesentes tanquam debitum solutum fuisse, etiam si causa aliter probari nequeat. Arg. *l. 6. ff. de usur. Abb. in c. 5. h. t. n. 3. Mascard. cit. concl. 279. n. 3. Pirh. cit. n. 4. in fine.*

3. Resp. Ad secundum secundo: Si censuarius censum realem seu ratione rei v. g. fundi praestandum amplius solvere recuset, Dominus census probare potens illum sibi antea solutum tanquam debitum, sed postea denegatum; potest agere judicio possessionis recuperanda, & tanquam spoliatus possessione juris percipiendi illum petere & obtinere restitui in dicta possessione, etsi postmodum censuarius possit super jure proprietatis movere litem; cum spoliatus prius restituendus sit, quam de jure proprietatis respondere teneatur in judicio juxta *c. ult. de ordin. cognit. & c. 7. de caus. poss. & propr. & c. 24. de elect.* Glof. *ibid. v. statum.* & Abb. *n. 14. Laym. n. 6.* Ubi illud notandum, quòd licet possessio vel quasi possessio talis annui census ab initio oriri & acquiri nequeat sine causa seu titulo saltem colorato, possit tamen continuari, etsi causa seu titulus ignoraretur & ostendi nequeat, modò probari possit, censum longo tempore solutum; ideoque possessor defendendus in possessione & eà spoliatus per non solutionem restituendus, donec decidatur quaestio super proprietate ita Pirh. *h. t. n. 5. cum Jo. And. in c. perveni. h. t. n. 8. & Abb. ibid. n. 3.* non obstante, quòd decursus temporis non sit modus aptus inducendi obligationem, sufficit enim, quòd in eo diuturno tempore factae solutionis tanquam debita oriatur praesumptio praecedentis causa seu tituli, ex quo obligatio seu debitum, vel saltem ejus quasi possessio traxit originem cum bona fide. Porro quòd haec dicta, nempe quòd ob negatam solutionem aliàs factam agi possit judicio possessorio & obtineri restitutio hujus possessionis locum quoque habeant in censibus & praestationibus merè personalibus (etsi id communiter negent Legistae, quibus consentit Abb. *l. c.*) verius docent Felin. *in c. 16. de foro comp. n. 4. Innoc. in c. querelam. 24. de Elect. num. 3. & 4. Laym. ibid. n. 6. §. verum. Pirh. h. t. n. 6. Arg. cit. c. querelam.* His non obstante (quòd est unicum fundamentum Legistarum) quòd persona libera, & quòd ei inharet, possideri nequeat; nam dato, quòd absolute loquendo persona libera quatenus libera secundum se possideri nequeat, nihil tamen obstat, quòd minus persona libera obligari possit ad dandum & praestandum quid singulis annis, vel quoties justa causa id exigat; ac ita in ea ejusque industria constituitur obligatio solvendi censum annuum ex ejus-

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

dem personae lucris ratione alicujus causae praecedentis; quemadmodum videmus decimas personales & tributa personalia magistratui pendenda constitui, quin & heredem à testatore gravari ad annuam pensionem alteri personae solvendam.

Quaest. 945. *Quae veniant nomine exactionis.*

Resp. Etsi hoc nomine universaliter accepto, veniant tributa, sterae, collectae, pedagia, quidagialia, & quidquid supremi principes, superioresque sive saeculares, sive Ecclesiastici à suis subditis, praesertim extraordinarie, exigunt; eò tamen contractiùs sumpto veniunt illa, de quibus praesens titulus agit, nimirum onera, quae à SS. canonicis Ecclesiasticae potestate etiam Ecclesiis & Clericis imponuntur praestanda Episcopo, aliisque praelatis Ecclesiasticis; suntque vel ordinaria vel extraordinaria; & quidem ordinaria sunt primò Cathedralicum seu tributum Ecclesiasticum Synodaticum, de quo remissivè actum *quaest. antehanc. 4.* secundò subsidium caritativum, de quo, quid sit, à quibus, & quibus praestandum, & à quo & qualiter eximi possint, qui aliàs ad illud praestandum tenentur & cogi possunt dictum à me ad *lib. 1. decret. q. 855. n. 1.* de quo etiam videri potest Reiffenst. *h. t. n. 18. ad n. 36.* jura Episcopalia ad legem Diocesanae spectantia. Tertio est portio canonica, quae, quid, quotuplex, quanta, unde sumenda, à quibus solvenda, qualiter aboleri, in quibus casibus debita non sit, dictum à me *l. c. n. 2.* Quarto & pars quarta decimarum, quae, quid sit, à quibus solvenda, qualiter abroganda & de facto in pluribus locis abrogata. vide apud me *l. c. n. 5.* uti & quae de ea, ubi adhuc in usu est, quaeri possunt. Vide apud me *in for. benefic. p. 1. q. 480. à n. 5.* Quinto pars tertia oblationum, quae, qualiter olim praestabatur Episcopo, ab eoque exigebatur. Vide apud me *l. c. n. 6.* uti & plura alia de ea, quae habet Thomas à me *ibidem citans.* Sexto procuraciones, de quibus quae quaeri possunt, vide apud me *cit. q. 855. n. 3.* uti & materiam de visitatione, cujus intuitu praestantur procuraciones, tractatam integrè à me *v. in Vicario Episcop. an. 651.* de extraordinariis verò executionibus sit

Quaest. 946. *An & qualiter Episcopi alii- que prelati iis inferiores possint collectas & exactiones extraordinarias imponere suis subditis, vel ab iis exigere?*

Resp. breviter: Nullus Praelatus Ecclesiasticus praeter papam potest collectas extraordinarias imponere suis subditis, cum id expresse prohibeatur per *c. 6. §. prohibemus. h. t.* Abb. *ibid. n. 2.* excepto, quòd Episcopi possint ex manifesta & rationabili causa moderatum auxilium (quòd vulgo subsidium caritativum vocatur, de quo jam dictum, quòdque etiam dici posset exactio ordinaria, quatenus illud SS. canones permittunt) quo suis necessitatibus consulant, cum caritate erigere.

Quaest. 947. *An, & qui laici suis subditis imponere possint novas & extraordinarias exactiones.*

1. Resp. primò in genere; soli Reges & Principes in temporalibus superiorem non agnoscetes ex justa causa imponere possunt subditis suis sine consensu statum contributiones, tributa (quae etsi alias cum vectigalibus pedagiis, quidagiis confunduntur, strictius tamen pro pensione subditis im-

SSS 2

posita

posita à principe ad hoc, ut is statum suum tueri & communibus necessitatibus & utilitatibus prospicere possit; & ordinaria dicuntur, si singulis annis ad dictum finem ex lege nova vel antiqua in certa quantitate solvenda, & extraordinaria, si non certis & determinatis temporibus, sed ingruentibus extraordinariis necessitatibus solvenda: item vectigalia, qualia dicuntur quæ in certis locis à principibus deputatis dari debent pro rebus devectis vel deportatis, vel etiam pro ipsis personis transeuntibus, & promiscuè hodieum veniunt cum pedagiis, qualia aliàs specialiter dicuntur, quæ dantur pro reparatione, conservatione pontium, & viarum, item cum quidagiis, quæ specialiter dicuntur ea, quæ à transeuntibus dantur pro salariandis iis, qui securè eos deducunt per loca. Magistratus verò & inferiores principes non nisi ex concessione supremi principis vel ex antiqua & à tempore immemorabili legitime præscripta consuetudine tale jus aliave jura regalia inter quæ numerantur etiam vectigalia, imponere possunt.

2. Dixitamen primò: ex justa causa; non enim pro libitu suo principes imponere possunt tributa, similesque exactiones, ut cum communi Less. de Just. l. 2. c. 33. du 1. Laym. l. 3. rr. 3. p. 1. c. 3. n. 2. & 3. aut etiam, ut iidem cum Molin. d. 666. Exactiones ex justa causa impositas continuare justâ causâ cessante, causâ autem justâ inter cæteras sunt principis decens sustentatio, magna reipublicæ utilitas & necessitas communis illius. v. g. tempore belli, expunctio debitorum pro utilitate, vel necessitate reipublicæ contractorum, ut Laym. l. c. n. 2. aliique communiter; modò tamen tales causæ subsistant & fictæ non sint, quales erunt, tempore principis ob nimium luxum, pompam, excessionem, ædificia superflua, immoderatas donationes &c. patientes defectum ararii, præterea, pro forma tantum, necessitate publica ad tributa & vectigalia nova exigenda deveniunt; tunc enim talis exactio reipsa fraus est & subditorum oppressio. Unde non tantum gravissimè peccant, & insuper ad restitutionem tenentur, sed & incurrunt excommunicationem in Bulla cœnæ §. 5. contentam his verbis: *Item excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis nova pedagia seu Gabellas, præterquam in casibus sibi à jure seu speciali sedis Apostolica licentiâ permissis imponunt vel augent* &c. quoties sine justa causa publica nova tributa, vectigalia, similes exactiones imponunt vel cessante causâ continuant, augent.

3. Dixi secundò: subditis suis, & quidem non exemptis; nam his solis eas per se imponi posse, habet communis ex ea ratione, quia imponuntur potestate jurisdictionis, quæ se non extendit ad extraneos seu non subditos, uti nec ad exemptos ab ea; per accidens tamen aliquando etiam extraneis justè imponuntur, dum nimirum hi merces aliàsque res in vel per provinciam aut ex ea vehunt, in ea emunt aut vendunt, idque justè, cum ea lege in provinciam admitti, & viarum pontiumque reparatorum, securitatis, protectionis publicæ administratæque commodis gaudent; cum in his vi exactionum illarum invecas merces carius vendunt, & non magis quàm ipsi subditi gravantur, ut cum Mol. d. 669 n. 3. Wiestn. h. i. n. 79. de Clericis verò an & qualiter imponi possint, dicitur infra.

4. Dixi tertio: sine consensu statuum: nam licet per talem censum videatur optimè provisum subditis, ne exactionibus à principe pro libitu ejus inductis justò plus & ultra vires graventur; melius

tamen illam consensûs illius requirendi necessitatem negat cum Suar. Wiestn. h. i. n. 76. & alii; cum ea necessitas neque jure canonico, neque civili prodita, neque etiam in jure naturali fundata, utpote ex quo neque constitutio principum, neque eorum potestas immediatè, sed ab autoritate merè humana dimanat, quamvis in regnis & provinciis, ubi illius consensûs aut etiam consilii interventus pactioibus & concordatis inter principem & status maximè juratis inductus est, tales exactiones fieri non possint, quia istiusmodi pactis æquè Princeps ac subditi astringuntur. c. 1. de pactis. Sylv. v. pactum, n. 4. Mol. rr. 2. de jure. c. 17. n. 19. Less. l. 2. d. 257. n. 1.

*Quæst. 948. An & qualiter illæ exactiones obligent in conscientia?*

RESP. Tales exactiones ex toto vel parte injustè seu citra necessitatem impositas non tantum in conscientia non obligare, sed defraudari & subterfugi, quin & occulta compensatione, casu quo in foro externo, uti ordinariè fit ad dandum cogentur subditi, posse sibi subvenire docent Sylv. v. Gabella. 3. q. 3. & 14. Laym. l. c. n. 5. Molin. d. 674. & alii, quos citat & sequitur Reiffenst. h. i. n. 43. Cum nemo teneatur dare, quod injustè petitur, & si ei auferatur, vel ad dandum cogatur, possit se indemnem servare occultâ compensatione. Similiter si dubium est, sive positivum ratione pro & contrâ stante, sive negativum de justitia tributi, Gabellæ &c. de novo impositis, non esse obligationem solvendi, cum communiore, & viore & in praxi tuta tenent. De Lugo de j. & just. d. 6. §. 6. Sanch. l. 2. conf. c. 4. du. 6. Mol. d. 674. n. 6. & 9. Azor. p. 3. c. 22. q. 7. Sylv. Armil. Rosell. Dian. &c. Arg. c. pervenit. h. i. & c. quanquam, eod. in 6. ex ea ratione, quòd melior sit conditio possidentis. His non obstantè, quòd præsumptio stet pro justitia præcepti seu legis, dum de ea dubitatur, cum hoc non procedat, dum agitur de ipso legislatoris interesse, ac præcipuè, dum constat hodieum non rarò istiusmodi exactiones injustè & excessivè imponi. Secus tamen est de exactionibus antiquis, de quorum initio non exstat memoria, de his enim præsumendum est impositas esse ex justa causa, ita AA. citati. præsertim si constat talem consuetudinem sine interruptione vel sine murmuratione plebis servatam; tunc enim, casu quo ob cessationem primævæ causæ cessasset, præsumendum esset aliam causam legitimam successisse ut Delb. de immunit. c. 5. du. 31. §. 1. n. 15. citans Molin. Tom. 9. d. 674. Laym. l. 3. rr. 3. c. 3. n. 2. Suar. & alios. Imposita, dum justa sunt, aut talia citra dubitationem præsumuntur obligare in conscientia, & si defraudata, esse restituenda, cum communissima ac certò probabilior docent Lugo l. c. §. 4. Sanch. l. c. du. 1. n. 8. Laym. l. c. n. 5. Dian. p. 1. rr. de LL. resol. 19. Nav. in man. c. 17. n. 200. Covar. in c. peccatum. de reg. jur. in 6. p. 2. §. 5. n. 1. & §. Mol. cit. d. 674. Alphon. de Castro. l. 1. de lege pœn. c. 9. & 11. dicens hanc conclusionem adeò certam, ut opinio contraria sit error. Reiffenst. h. i. n. 45. Cajetan, Medin. &c. esseque hanc obligationem Juris divini constare videtur ex illo Apostoli ad Rom. 13. *reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal.* & ex illo Christi apud Matth. 22. *reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris.* Et ex ipso ejus facto, dum pro se & Petro tributum solvit. Item esse juris naturæ ex eo probatur, quòd istiusmodi Gabellæ & vectigalia justâ exigantur tanquam mer-

ces Principi debita pro ejusdem sustentatione vel pro communi utilitate reipublice procuranda, vel malo ejusdem avertendo. Unde etiam lex imponens & precipiens istiusmodi exactiones non est lex pure pœnalis (qualis lex aliàs juxta communem non obligat in conscientia) sed lex pœnalis mixta, nimirum obligans sub culpa simul; cum pœna adjecta legi, non tollat seu impediatur, si quam habet obligationem ad culpam, uti patet in lege vetante, furtum, homicidium &c. sed neque præsumendum intentionem principum imponentium vectigalia justa ad decentem sui sustentationem vel pro bono communi, quod alià viâ obtineri nequit, non esse

obligare sub culpa, dum ad hoc præcipiendum dirigitur à lege divina & naturali; talem enim rationabilem præsumptionem generare non potest consuetudo, quâ passim pro merè pœnali habentur impositiones tributorum, & sine scrupulo violantur. Quàm diu contrarium fit à timentibus Deum exactè ea solventibus, dum sciunt se ad sustentandum principem malumque commune avertendum obligari, contra quos in præjudicium communitatis adduci non debent pro exemplo facta aliorum. De tributis impostis Ecclesiasticis à Principibus laicis, uti & de gabellis. vide Delb. *de immunit. in indice*, & dicitur à nobis infra.

## TITULUS XL.

### De consecratione Ecclesie vel altaris.

#### CAPUT I.

### De consecratione Ecclesie, Cæmeterii, Altaris & Calicis.

*Quest. 949. Quid veniat hic nomine Ecclesia, & qualiter distinguatur à Basilica?*

**R**esp. Ad primum: Tametsi spectato Etymo nominis *Ecclesia* significet Christianorum Catholicorum cætum seu congregationem, *can. 7. dist. 1. de consecrat.* in sensu tamen *hujus tit.* & juxta *can. 8. & 17. dist. cit.* significat ædem sacram, in qua fideles ad audiendum verbum Dei & percipiendâ sacramenta congregantur.

2. Resp. Ad secundum: Tametsi spectando nominis etymon aliqui cum Barb. *jur. Eccl. l. 2. c. 1. n. 10.* & Fagn. *in cit. c. 7. n. 4.* Basilicas vocent eas tantùm Ecclesias, quæ à regibus summisque Principibus extructæ, dotatæ, ut plerumque sunt Patriarchales, metropolitanæ, Cathedrales. Dum tamen hujus aut alterius differentie fundamentum in jure communi requiratur ab aliis communiter promiscuè ferè & pro Synonymicis accipiuntur Basilicæ aliæque Ecclesiæ, cui acceptationi ipsa jura suffragantur ut constat ex *can. omnes Basilica. 16. q. 7. can. non oportet. dist. 42. & c. fin. de Eccles. adif.*

*Quest. 950. Quid sit consecratio Ecclesie, & qua inter hanc & benedictionem Ecclesie distinctio.*

**R**esp. Consecratio Ecclesie est ejusdem dicatio seu dedicatio ad cultum divinum speciali ritu à legitimo ministro facta ad hoc, ut populus Christianus opera religionis in ea rite exercet. Reiffenst. *h. t. n. 1.* cum communi. Qualis etsi suo modo dici quoque posset ejusdem benedictio, inter hanc tamen & illam hæc est præcipua differentia; quòd consecratio inhereat parietibus, sive illorum interiori cruxta, quæ sacro oleo linitur appictisque crucibus signatur: benedictio verò inhereat solo

seu pavimento, quod aspergitur aqua benedicta, juxta *Pontif. Rom. tit. de benedict. & consecrat. Eccles.* unde etiam parietibus corruentibus aut etiam solummodò interiùs decrustatis amittitur Ecclesie consecratio. *can. Ecclesiis. 19. dist. 1.* non tamen benedictio. De quo plura in sequentibus ex professo.

*Quest. 951. Ecclesia num consecranda ante constitutam & collatam ei dotem competentem; & quænam illa?*

**R**esp. Ad primum: Ecclesia fundanda seu ædificanda non est, nisi priùs competens dos assignata, & si id factum non est, adhuc consecrari licitè non potest, nisi ei de dote provifum fuerit, ita ut ad hæc deinceps fundator, vel qui fecit eam consecrari, ex debito vel quasi contractu teneantur non secus ac juxta *c. 16. de præbend.* qui aliquem SS. Ordinibus curavit initiari, obligatur ei providere de titulo sustentationis. Pro ut hæc habentur *c. 8. h. t. can. nemo. 9. de consec. dist. 1. can. 1. caus. 1. q. 2.* Auth. de SS. Eccles. *§. si quis autem. collat. 9.* ac proinde conceditur contra eum condictio ex *cit. c. 8.* vi cujus ad id etiam laicus fundator à iudice Ecclesiastico compelli possit ut Host. Abb. *Pirh. ll. mox. citandis.* ubi verò id non potest fundator, vel qui eam consecrari fecit, tenetur ad id Episcopus consecrans vel ex bonis Ecclesie suæ, si sine gravi hujus læsione id fieri possit. Arg. *c. Apostolica. de donat.* vel ex patrimonio suo, ut cum Host. *in cit. c. 8. v. tanquam ex debito.* & Abb. *ibid. num. 2. & 3.* limitatur tamen responsio in Ecclesiis mendicantium & Ecclesiis ædificatis in monasterio habente sufficientes redditus. Sylv. *v. Ecclesia 2. q. 2.* Azor. *p. 2. l. 9. c. 3. q. 7. in fine.* Pirh. *loc. cit. in fine.* Reiffenst. *h. t. num. 6.* & DD. communiter, *inc. 1. de censib.*

SS ff 3

2. Resp.